



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Exedræ Ecclesiasticæ Sive Concionvm Moralium ... t. ...

In Dominicas totius anni

Schrötter, Johann

Coloniæ Agrippinæ, 1688

XL. In Domin. XI. Post Pent Suspiciens in cælum ingenuit. Mar. 7. Arg.
Spinæ auribus, sera ori apponitur.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56320](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56320)



CONCILIO XL.

IN DOMINICA XI. POST PENT.

Suspiciens in cœlum ingemuit. Mar. 7.

ARGUMENTUM

Spinæ auiibus, fera ori apponitur.



Aud sanè obvio e-
venisse mysterio
autumo, quod di-
vinissimus Medicus
noster sanaturus
furdum, ac mutum

sunt, & cursores celetrimi qui momen-
to in cœlestem Jerusalem vota nostra
deportant. At iis orbata, sagitta est in
arcu, nervo destituto. Nec hic in altum
evibrabit, aut assequetur quod petit,
nec illa.

ab imis suspiraverit præcordiis. A.
Etenim quum plurimos alios sanitati
redonaverit, cum innumeros languo-
res verbo unico solverit, nusquam aut
gemitus edidisse, aut traxisse suspiria
accepimus. Cur igitur in sanando, sur-
do hodierno, & muto de imo pectore
ducit gemitus? cur valido nisu trahit
suspiria? cur moveretur misericordia, ac
dolore nūm tantum malum est surdi-
tas, aut oris viticulum, ut Deum mi-
serere faciat?

Sin autem Victorem Antiochenum
consulamus, decideret id gestum quod
Dominus probè expenderit, in quan-
tam calamitatem, & miseriam paren-
tum nostrorum protervia genus hu-
manum redactum sit. Siquidem mor-
bus, & mors, & quidquid patimur
appendices sunt, & patrimonium ab
iis relictum. Omnis verò bonæ natu-
ræ proprietas est commoveri aliorum
miseriis, & tanquã propriis excruciami.

Compassio
agnata no-
stra

Christus cum
sanaturus
mutam in-
gemuit

Oratio cum
gemitu ef-
ficax Bedæ
h. h.

Si venerabilem Bedam audire lubet,
diceret id factum ad Ideam orationis
nobis efformandã. Verba ejus sūt: Inge-
muit ille, non quia ipsi opus erat, aliquid
cum gemitu à Patre petere, qui cuncta pe-
tentibus donat cum Patre; sed ut nobis
gemendi daret exemplum, cum vel pro
nostris necessitatibus, vel pro nostrorum
erroribus proximorum superna pietatis
presidia invocamus. Oratio quippe
cum gemitu, & suspiriis Dromedarii

Si alios in concilium advocemus,
propugnabunt concordibus suffragiis
adgemuisse, quod probè calleret or-
gana hæc auris, orisque plurimorum
esse instrumenta scelerum, prævideret-
que præsentem surdum, & elinguem
iisdem abufurum, & in multa casurum
pericula. Hoc piissimo Medico JE-
SU gemitus expressit, hoc altum
compulit suspirare.

Emularer ego pro virili Dominum,
ac Magistrum meum in referendis

non-

nonnullorum auribus, viaculoque
linguæ solvendo, ni vereretur, ut cum
eodem indolere cogar. Itaque in con-
trarium vela vertam, nec tam referare,
quam obturare aures; nec tam solvere,
quam oppilare ore adnitar. Præstat
enim identidem esse magis sur-
dum, quam auritum; mutum, quam
disertum. Quod ut vergat ad M. D.
G. & fructum animarum nostrarum
à re cœlestis Medice enixe efflagito.

Partitio

Expendenti mihi quamam methodo
auribus, & ori consulere possem appo-
sità ad Evangelii præsentis historiam
occurrit oraculum sapientissimi Eccle-
siastici monentis: *Sepi aures tuas spi-
nis & ori tuo facito estia & seras*. Quo
paucis indicat, quomodo & aures con-
servare, & os munire debeamus.

§. I.

Aures sepiuntur spinis.

II. Primum quod à nobis efflagi-
tat est, ut ocludamus in modum hor-
ti aures nostras, ne pateant noxiis in-
sultibus. Quemadmodum enim hor-
tum sepimento è sentibus contexto
circumdamus, ne efferæ belluæ illum
demoliantur, aut homines nequam
deprædentur; aqua ratione ne per
aurium meatus turba noxiorum ver-
borum in mentis nostræ possessionem
irrumpat, organum illud omni studio
cingendum, atque vallandum est. *Se-
pi aures tuas spinis.*

III. Inter alia encomia Spontus
cœlestis dilectam suam hoc effert præ-
conio, quod sit: *Hortus conclusus, fons
signatus*. At qualis ista commendatio
à septo viridario, & fonte obfignato
mutuata? Si semper tons fit
signatus, quis usus aquarum? cui per-

ennis scaturigo proficiet? si conclusus
jugiter hortus nullam semitam permit-
tat eunti, cui maturis baccis opima
blandientur poma? cui arborum de-
serviet fecunditas? Sit licet Hesperidum
hortus, quis poma decerpere aurea,
dracone aditum præcludente. *Hor-
tus conclusus &c.* Cur non tropo aptio-
re æquavit eam cum Isaaco Patriar-
cha filio suo Jacobo bene precante,
agro fertili, opimo: *Ecce odor filii mei
sicut odor agri pleni cui benedixit Dominus*.
Cur non fonti sese longè, lateque per
latifundia camporum effundenti con-
tulit? *Hortus conclusus, fons signatus.*

Si præcise investigatio institueretur
de nomenclatura horti facilis est res-
ponso, hortum nuncupatam dilectā,
eò quod semper in virtutum uberiores
fructus egerminaret. Nam ut Rupertus
edocet: *Inde nominatur hortus, quod Horti Etymol.*
semper inibi aliquid oriatur. Cum cam-
pus, aut prata uno genere frumenti
aut florum sobolescant; hortus nun-
quam sine flore nunquam citra fru-
ctum est, semper alios, atque alios
parturit. Vere primo Hyacinthi can-
didi, & lutei, Violæ, Ranunculæ ef-
floreſcunt; his succedunt Tulipæ
Fritillaria, Rosæ, Hemerocalles, Li-
lia, Cariophylli, Calendulæ, Heliotro-
pia, qui vario suo schemate, ac odora-
tissima anima, quam alii ex aliis pro-
naturæ suæ ratione expirant, stupenda
sua varietate, quot flores oculis, toti-
dem virtutum symbola vel taciti men-
tibus nostris ingerere videntur. Ad
eundem modum anima fidelis indies
novos virtutum flores enititur, & jam
Violas demissionis, Hiacynthos cœ-
lestium contemplationum, jam Tuli-
pas aureæ charitatis, Lilia pudici-
tiæ

Gen

*Horti Etymol.
Rup. lib. 4. in
Cans*

*Profectus
virtute*

*Eocl. 28.
29.*

*Aures spinis
munienda*

*Anima cum
hortus con-
clusus,
Canc. 4. 12.*

tiæ, Rosis verecundiæ progerminat Concine itabue Sponsa Hortus appellatur, cui nunquam deficit fructus, quæ divite non tam florû baccarûq; proveatu, quam virtutum indies profectu innovabatur. Et ita quidem hortum fuisse perbelle adstruimus; sed cur conclusum indigitat: Hortus conclusus

Virgo hortus conclusus
1. Cor. 7. 34

IV. Alii ex Apostolo Paulo solitudinem evincere conantur, ut nimirum sequestrata à mundi pompa, & forensibus negotiis soli sponso adhæreat. Nam ut ille optima mente de Virginibus scribit in Epistola sua prima ad Corinthios: *Mulier innupta, & virgo cogitat quæ Domini sunt, ut sit sancta corpore & spiritu.* Hæc ipsius est meditatio, hæc intentiones, placere Deo, ut non hominibus. Hortus conclusus. Non calculat Apostolus inter Virgines quarû mens aut in contraria scinditur; aut sollicitatur in iis, quæ sunt mundi. Hæ enim suo se jam dampnant calculo, atque ex albo virginum expungunt, dum sequestratis floribus, & terris; calanticis, seu semimitris utuntur; mundoque placere gestiunt. Itaque hortus conclusus est Virgo, & anima illa, quæ cum solo sponso cœlesti commoratur, nec patitur corrivalem.

Virgines à publico abstinere

Solitudo Virginibus commendata

1. Hier. Ep. 2. ad Eustoch.

Talem efformare sponsam Eustochium Virginem intendebat S. Hieronimus, quem ei suavis, authorq; esset; quatenus à publico, quantum fieri posset, abstineret: *Semper, inquit, te cubiculi tui secreta custodiant; semper tecum sponsus ludat intrinsecus. Foris vagantur virgines stultæ, intus cum sponso commorantur sapienter.* Non est circumforaneus Christus, ut eum in foro, in compitis, triviis quæras, aut te inventuram

persuadeas. *Domicellam te memento, quo domi cellam tibi construas.*

Ut ad hanc solitudinem suas efformarent virgines Sinenses Proceres ex consilio sapientis cujuscumque pedes teneris fasciis constringebant, ita ut ægrè incedere possent, prætendentes eas graciles habituras pedes. Utinam, ô utinam istos hic partibus nostris invalesceret, non tot invenirentur in compitis, in hortis, in choreis.

V. S. Gregorius interpretans præfatam Salamonis elogium in gratiam dilectæ concinnatum, putat eo honestatam, quod benefacta sua celare studuerit: *Anima sancta, ait hortus est conclusus, quia dum virtutes mittit, flores gignit, & dum virtutum exhibitione se reficit, fructus quos generat eadem custodit.* Conclusus enim hortus esse dicitur, quia dum bona sua, intentione vitæ æternæ abscondit; dum humanæ laudes omnino contemnit, ipsa bona intentione se circumsepit, ne ad interiora rapienda hostis antiquus irroperet queat. Novit quippe bona anima, quod cum bona opera evulgantur, mentem ut plurimum enervat, ac resolvi: Arduum enim est servum inutillem se reputare, quum bonorum testimonio excellens prædicatur; & non magis famæ credere, quam conscientia. Incantatur anima laudibus, quatenus mala sua non videat, & de justitia fallaciter se extollat. Novit item dilecta Patrem orandum, esse in abscondito, & non in tecto; ac mercedem non ab hominibus expectandam, sed à Deo esse. Eapropter & secreta cubiculi sui adamat, & omnia opera, ac desideria sua eidem sera reætæ intentionis oppilat.

Trigant. de Expedi ad sim. l. i. c. 6.

Intentio reætæ sua bona abscondit.

Bona opera celanda S. Greg. h. l.

VI.

*Sensuum
custodia ha-
benda*

*Richard. a.
S. Vict. in
Cant.*

VI. In rem meam per hanc horti
custodiam perbelle Richardus à S. Vi-
ctore, intelligit sensuum, & imprimis
oris, atque aurium custodiam. Verba
illius sūt: *Vt in se remaneat, se videat, se
cognoscat, se corrigat, ab otiosis & superflua-
is verbis se reprimit, ac temperat. Audi-
tum quoque concludit ne introrsus trahat,
quod mentem inquietet, aut maculet.* Illa
est, Hortus sponsi conclusus, anima, il-
la adamatus, qui ira reclusus, ne pateat
fraudulentis serpentis antiqui accessi-
bus. In tali horto suas delicias reperit
dilectus, in tali pascitur, in tali quiescit.
Ejusmodi hortus cujus anima non est,
ejusdem nec sponsus hospes est: Hortus
conclusus, hortus conclusus soror mea
sponsa. Gestis habere sponsum inqui-
linum obsera horti animæ tuæ. *Septi
aures tuas spinis.*

Si quis sepe in horto suo non ha-
beat, cuius is pervius est, & direptioni-
bus obnoxius; stabulantur in eo, pe-
rinde ac sub Nabuchodonosoris arbo-
re belluæ quævis, & genimina vipera-
rum. Suppar omnino imminet animæ
dispendium, custodia sensuum, & au-
rium sepe sublata. Nihil enim est, quod
tantopere inquietet animum; nihil est,
quod in tantum mentem mobilitet, ac
distrahat, quam temerario assensu ap-
probare, quod dicitur. Hinc enim cie-
bræ dissensiones, hinc odia injusta re-
dundant, hinc amicissimi ab invicem
æternis dissidiis discinduntur, quod
detrahentibus nimium credulas aures
præbuerint. Vestram, vestram hic ego
fidem appello, qui in hac urbe nover-
cantibus ab invicem animis dissedetis,
excutite quæso, emedullate præcordia
vestra, exenterate originem irarum, &

dirarum vestrarum, & dicite quanam
origo tanti mali, quodnam tantorum
odiorum seminarium? Profecto si pe-
nitius fontem inspexeritis, deprehen-
deris unam prope anum, & unas au-
res in causa fuisse, unum verbum à de-
tractore, & calumniatrice lingua in-
fundum auris immissum, in tantam
excrevit aversionem, convitiatorum, cō-
tumeliarum, damnorum messe. Quod
si non audivissetis, si fidem dictis de-
rogassetis, si sanius interpretati narra-
tiunculas fuissetis, suavissimæ conjun-
ctionis vestræ commercium, mutæq;
charitatis vinculum ne utiquam solu-
tum fuisset.

Quid jam dicam de obscænis col-
loquiis in publicum productis, quæ
per se ipsa polluant, temerantque, &
innocentissimis mentibus sæpiusculè
sordes suas affricant. Quid de aliis ca-
lumniis avide auditis, quibus æquè ip-
se, ac alter læditur, in quibus unus dia-
bolum gestat in ore, alter in aure eum
sua nidulare sinit?

VII. Quo circa sapienter monet Ec-
clesiasticus: *Septi aures tuas spinis* Non
ait gossypio, aut cera obstrue, (quod
Ulysses suis fecisse sociis perhibetur, ne
syrenum illecebris abriperentur) sed
spinis. Quia nimirum allaborandum,
non solum ne verba detractoria, lasciva,
aliave noxia admittantur, sed insu-
per, ut ipsa aversione, ipsa frontis ca-
perata majestate quasi spinis compun-
gantur. Bonum est, & imprimis in in-
feriore, sese subducere à noxiis fabulis,
bonum si valet captum sermonem a-
lio divertere; at vero si superior, si Pa-
ter familias, si Magister est, arguat, in-
crepet, spinis insuper adhibeat, quo

X x 3

dūcat

*Curiositas
novi*

*Dissensio-
num origo
unde*

dilcat detractor non libenter dicere, quæ didicit non libenter audiri. *Æmuletur regem tamen si mansuetissimam tibi Davidem, & cum eodem detrahentem secretò proximo suo hunc persequatur.* Dicat proximo, & maxime subdito: Si habes quod laudes, & commendes, aures aperio, unguenta suscipio; at si male vis dicere stercus, & cœnum suscipere haud iustineo.

*Platonis
virtus in
caliœnis de
tergendis
Val Max. l.
4. c. 1.*

VIII. *Æmuletur inimicis, qui quidpiam de se sinistri seri audiunt, vel hominis Ethnici, Platonis inquam, virtutem.* Deferebatur apud eum Xenocrates discipulus, quasi de magistro multa iniquè effutisset. Criminationem auditam circa ullam cunctationem respuit Plato, asseverans hæc sibi parâ probabilia videri, ut quem tantopere amaret, ab eo non amaretur. Instabat autem delator, & fabulam suam iurejurando comprobare nitentur. Quid vero ad ea Philosophus: Ne de perjurio disputaret, reposuit: Numquam ea dicturum fuisse Xenocratem, nisi ea sibi dici iudicasset. O utinam huiusce modi spinis, ac custodia auribus nostris consuleremus! Utinam non omnia, quæ narrantur, veluti canam per canales quospiam in aures immitteremus! Utinam excusare, & in meliorem interpretari partem aliorum dicta sciremus; firmior profecto amicitia nostra, ac conjunctio consisteret. At quoniam cum vetulis Judaicis in aures nostras idolo pollucemus, quoniam aures Mercurio, aut Veneri, aut Sathanæ consecravimus, mirum non est invalescere inter nos odia prope immortalia scelera sceleribus agglomerari, & regnam Tœnarium perruptis Amoris

*Detrahitio
resilienda*

castris latius propagari.

§. II.

Ori sera apponitur.

IX. Alterum quod consulit Sirach sapientissimus est, ut os repagulis, & teneris muniamus. *Ori tuo facito ostia, & seras.* Cor nostrum arx est fortissima, à supremo nobis rerum omnium Domino ad custodiendum concedita; porta est os nostrum, quæ pervigili cura servanda est, ne ab hostibus undique obsidentibus capiatur, ac subiciatur. Hujus arcis muros sponte diruit, quisquis citra iudicium verba profundit, & in consulta in loquendo temeritate labitur. Hoc sensu loquitur Salamo in Proverbiis: *Sicut urbs patent & absque murorum ambitu; ita vir, qui non potest in loquendo continere spiritum suum.* Quemadmodum urbs mœnibus nudata patet hostium incursum: persimili ratione cor illius, qui comprimere, inhibere, aut infrœnare æstum animi sui nequit; sed iis indulget, & per loquacitatem frœna laxat; proditio, prædæ, ac vastitati patet.

*Oriis cuius
dia commen
datur*

Pro. 25. 12.

X. S. Jacobus Apostolus expendens redūdantia ex linguæ repagulis remotis mala, eandem Universalitatem quæ scelerum indigitat: *Lingua universalitas iniquitatis?* Sed quænam illa? Literaria, an elementaris? Elementarè rectè dixerit quispiam. Quemadmodum in Universo isto omne genus beluarum stabulatur: ita non minus in lingua impii omnes vitiorum greges coadunantur. Jam enim gannit ut vulpes, fraudulentè adulando, jam latrat perinde ac canis, mordaciter detrahendo; jam rugit ut leo, in alios ferociter excandescendo; jam hinnit ut equus,

1ac. 3. 6.

*Lingua V.
ni versita
mvalorum*

quus, in risum nimium aut cachinnos se effundendo; jam rudis ut asinus asperere respondendo; aut se excusando jam murmurat cum urtis, jam grunnt cum porcis, jam boas cum bobus. *Universitas iniquitatis*. Nulla insuper est regio, nulla civitas, platea nulla, immo sapi? nulla domus, quã maledica lingua nõ impleat detractionibus, calumniis, litibus, tumultibus, bellis, concupiscentiis, libidinibus suis. Parum dico; ipsum cœlum, terram, & infernum implet. Cœlum per Luciferum seditione, ac Apostasia; terram rixis, contentionibus, perjuriis; infernum blasphemis, ac maledictionibus. *Universitas iniquitatis*. Multa inveniuntur regiones à venenatis insectis, & bestiis omnino immunes; at nullum regnum, nulla urbs, pagus nullus, in quo lingua venenum suum non diffundat *Universitas iniquitatis*.

Lingua Academia scelerum

XI. Non minus etiam Universitas literaria appositè appellatur. Sicut enim in ea omnes artes, & scientiæ docentur: ita lingua universas prope vitiorum classe proficitur.

In Rudimentis docet Alphabetum cujus A. est adulario, B. blasphemia, C. calumnia, D. detraçtio, E. excusatio in peccatis, F. fraudulencia, & fallacia, G. Gloriatio, & garrulitas, H. Hæresis & hypocrisis, I. Jaçtancia, irrisio, impudentia, juramenta falsa. L. Lascivia, M. Mendacium, N. Nugæ, O. Otiosa verba, P. Perjurium, Q. Querimonia, R. rixæ, S. Sufurratio, Scandala, T. Tumultuosa, & turpiloqua dictoria; U. Vindicta, Z. Zelus amarus.

In Grammatica sua conjugat mendacia mendatus, perjuria perjuriis, de-

tractiones detractionibus, & declinat veritatem ac virtutem quamvis.

Poësim proficitur, fingendo; metaphoras translatas cudit, hyperbolicè mentiendo; ab uno in alium derivando, unum pro alio insimulando. Rethorica Magisteriũ exercet inutilia effutiendo, pleonasmis, barbarismis utendo; Logica, lophismatib⁹, fallendo, & circumveniando; Physica, genealogias, seu principia aliorum taxando, concinnando stupra, homicidia, odia, dissensiones, falsa testimonia &c. Arithmetica docet perperam numerando, adiciendo, detrahendo, multiplicando, dividendo. Theologiam suam erigit, Sacramenta, & sanctos blasphemando, fidem exterminando, spẽ in præsumptione vertendo, charitatem omnino extinguendo. Politicam fundat cum omnibus ad apparentiam bene, cum nemine sincerè procedendo. *Universitas iniquitatis*. Omnia enim scelera per linguam aut generantur, aut lactantur; aut defenduntur, aut persuadentur.

XII. Addit idẽ Apostolus ad exaggerandam illius malitiam; *inflammata rotam nativitatis inflammata à gehenna*, q. d. Lingua adeo exitialis, & in tantum adurit, atque inflamat rotam nativitatis nostræ, ut videatur in clibano inferni conflata, ibidemque igne Tartareo succensa inflammare rotam, seu cursum vitæ nostræ totiusque universi. Non secus ac olim Poëtæ commenti sunt, Furias accensis ex Erebo facibus totum mundum inflammasse. Adeo enim nonnulli lingua sua sæviunt, ut non humana, sed infernalis, sed diabolica videatur;

ur uon ab anima sed ab ipso præside gehennæ, diabolo inquam flecti, ac agitari jure credatur. Nam quemadmodum sanctissimi Vates, Prædicatores, ac doctores loquuntur lingua cœlesti, & angelica, seu potius Nomen ipsum per illos; ita exadversum impii feminantes rixas & bella docentes obscœna, alienam famam admordentes loquuntur lingua dæmonis, seu potius Lemures infernales per eorum ora, & linguas exululant. Nec illam infrænare queat; siquidem rector Sarhanas frœna laxat, incitat, inflammat ad omne malum.

Inflammat rotam &c.

XIII. Sed quænam illa rota quæ inflammatur, impellitur, urgetur.

Nonnulli per os molendinum intelligunt, & linguam rotam, quæ movetur continuo, affundente aquam orco. Porro id quod in ea molitur aliud non est quam lolium, ac zizania, furtures, glandes in partum porcorum effusæ. Materialibus hisce scis porci nostrates, moralibus infernales saginantur.

XIV. Alii per hanc rotam accipiunt illam quæ est in schlopeto, & linguam comparant linguæ chalybeæ ipsius, quæ collusione ad rotulam ignem elicit, & sulphureum pulverem inflammando, glandem plumbeam ejaculatur; qua, instar fulminis illico proximum quævis ferit, & vel graviter lædit, vel interimit. Et revera ut plures hoc instrumento occiduntur, quam alio; ita plures occidit lingua, quam gladius. Multi sunt, qui gladio percussi perire, sed si non veniunt in comparationem, qui lingua sua, vel aliena

occiderunt.

XV. Vulgaris interpretatio est, linguam non certo duntaxat tempore venena sua diffundere, atque eodem obviam adurere; sed totius vitæ decursu inflammatam ferri, tanquam à gehennali furno, & furis incensam. Etenim alia vitia in certas ætates dominantur, Gula pueritiam tentat, Libido juventutem, Ambitio virilem ætatem, omnia fere cum homine senescunt, & emoriuntur. Solius linguæ vitium omnem vitam occupat, & in ipso senio invalescit. Anus edentulæ, ac depontanæ imprimis garrulæ, si non habent, quod loquantur, habent, quod murmurent. Viri grandævitiæ, si semel sonare occipiant, rota die crepare, aut facta stia, aut audita, aut visa non cessant. *Inflammat rotam.*

Ideo syrus vertit: *Inflammat series genealogiarum nostrarum, quæ currunt in medium rotarum.* Lingua enim ferens odia inter familias, urbes & regna, eadem transmittit sæpenumero ad posteros per multas generationes, & sæcula; ut immortales inter eos, & irreconciliabiles inimicitia esse videntur. Aptè autem ætas nostra rotæ confertur, vel quod rotæ instar semper circumagatur, vel quod velocissimè ad mortem deproperat, vel quod res terrenas leviter duntaxat, & prope in puncto contingat, vel quod in se torquetur, ac circumvolvatur, sicque redeat ad sui principia. *Inflammat hanc rotam seu series genealogiarum nostrarum pestilentissimæ linguæ toxicum.* O quam sancte, itaque quam salubriter monet sapiens: *Ori tuo facito ostia & seras. Obstrue, oppila, obtura quantum polles*

Rota Nativitatis, quænam

Os molendinum

Lingua rotæ

Cornel. h. b.

Ecclesi. 28. 22

Syr. h. b.

Vita rota

polles, ne hostis irrumpat, ne tot in te mala exundent, ne jugo Tœnario manciperis: *Ori tuo facito ostia & seras.*

XVI. Si percontetur quispiam, quamnam imprimis sera ori apponenda? Ajo inveniri qualpiam, quæ citra clavim Verbo patent, id est invêto certo vocabulo referantur. Ejusmodi velim sera appendatur labiis nostris, tum ora laxemus cum de verbo Dei, de salute animæ, de proximi ædificatione agitur, cum Deus laudandus, ac gloria ipsius propaganda.

XVII. At quotusquisq; est qui id exequatur, qui linguam suam contineat, aut non nisi in gloriam Dei, salutem animæ, solatium proximi relaxet?

Eunomia apud Plautum liberrimè proficitur, mutam mulierem nuspiam, & nunquam repertam esse in mundo. In sacris literis viros mutos linguæ usum recepisse legimus, at mulierem nullam. Ut vel hoc ipsum argumento sit viros nonnunquam mutos repertos esse mulieres nunquam. Vel enim piæ sunt, & sic DEUS ipse illis ora solvit ad gloriam suam; vel impiæ, & sic diabolus ipse ad noxiam protrahendam garrulitatem eam expeditam efficit.

Ego addo per paucos etiamnum inveniri viros; qui muti Sigaliones existant. Nisi enim tam dicaces, garrulique essent.

Non tot ad infernum Orcus ageret legiones.

XIX. Fertur Luciper sive ex nimia cholera, sive ex tristitia immodica extreme laborare cœpisse. Coadunatum itaque è vestigio medicorum concilium, advocatus Æsculapius Galenus,

Podalyrius Chiron, Epidaurius, alique non pauci Tænaro mancipati. Alternantibus inter se sententiis, & jam hæc, jam illa panchresta excogitantibus, seniorum quispiam intulit, fore actutum saluum, si ex linguis hominum in minutal fissis theriaca quæpiam infirmo conficeretur. Dictum, factum. Expeditus illico Alastorum proximus in mundum, quo, cum operata medicina remigrante, & eadem Lucipero porrecta momento convalluit, & vires recepit.

Quo devenimus Aud. fabula hæc est physicè, moraliter veritas ipsa, langueret, immo moreretur Orcus, nec quicquam in nos prævaleret; nisi nos linguis nostris pervertis levaremus ægrotantem.

XIX. Restat itaque ut toto animi conatu consilium Sapientissimi viri exequamur. Restat ut serio linguæ insolentio rem pruritum coërceamus, sermonisque profusionem devitemus. Restat ut sepiamus aures nostras spinis, & labia nostra seris obfirmemus.

Sed quis quæso id exequetur? quis os obturabit alteri? quis seram apponet, quin breviores referat digitos; Non hominis sed omnipotentis id opus virtutis est: *Omnis natura bestiarum & volucrum & serpentum domantur, & domita sunt à natura humana, linguam autem nullus hominum domare potuit.* Inquit idem Apostolus. Sæva quidem natura Leonis, crudele genus Tygridis, efferati Ursi, & Leopardi, at humano ingenio eos domitos, & instar agnorum mansuëfactos accepimus; Linguam autem nulli hominum edomare potuit. Ille unicus illius est medi-

Y y

cus

Plautin-
som.Fabula de
Orcolan-
guido An-
gelus Gaza-
us in Hila-
riis

Psal. 40.

cus qui hodiernum mutum & surdum sanitati redonavit. Illum igitur compellemus, & cum purpurato principe identidem ingeminemus. *Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantia labiis meis.* Pone custodiam, & ostium, ut loquar non nisi ea, quæ ædificent; ut audiam, non nisi quæ

profuerit. Pone custodiam ne unquam aut te Deum meum offendam labiis meis, aut proximum perstringam. Verba tua sint in ore meo, & auribus meis, à quibus anima mea proficiat de die in diem, ad te amandum provehatur, ad te possidendum in omni æternitate animetur. Amen.

CONCIO XLI.

IN DOMINICA X. POST PENT.

Quis est meus Proximus Luc. 10.

ARGUMENTUM.

Resolvitur proposita quaestio.



Sæpenumero scientiis nostris provecti supra sidera efferrimur, & in iis, quæ plantis subjectata turpiter hallucinamur. A. Videmur nobis Philosophorum problemata, Mathematicorum axiomata, Theologorum arcana penetrasse, & in rebus minoris ponderis, ac Catechismi doctrinis deliramus. Quantoque arrogantius præsumptione manu ductrice cervicem in disciplinis arrigimus, tantò profundius ut plurimum, adigente ignorantia, easdem cogimur acclinare.

Desiderates à femina ut irrigitur

Doctrinam Astronomum femina de trivio, cachinno neququam triviali explorat; quod cum Thebis sua in arte haberetur versatissimus, siderum cursus sub multam noctem exactius observando publica in platea respicit, inque puteum prolapsus

fuisse; quasi vel inter sidera sideratus fuisset; oculosque haud apud se, sed supra se habuisset.

Quem casum, quum expendo, vix non inducor ad excipiendum gemello sibilo hodiernum Legisperitum. Altum hic sibi sapere videtur, ingenio evolat, in sublimiores Theosophiæ quaestiones sese ingerit, subtiliter de amore Dei super omnia disceptat; & de eo, quod oculis obvertatur dare rationem ignorat. Etenim dato ad arduam de dilectione Dei quaestionem responso, exiguam de proximo in argumentum ignorantia suæ adducit: Et *Quis est meus proximus?* O mi Legisperire non, ne verecundaris tam obviam ventilare disceptationem? Num te fallit, proximum superlativum esse à propè, adeoque illum esse tibi proximum, quem præsentem intuetis, cum quo ambulas, qui tibi assidet, cum quo eodem Jove uteris. Profectò *Grammaticus non es, si hæc ignoras;*

Proximus quis

&